



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 99. Joannis Galeatii Juvenis Mediolani Ducis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

ter & Brissonnetus erat, Regi suadebant, ^{Sæcul. XV.}
 imo importunius instabant, ut Ludovi- ^{A.C. 1494.}
 co in vincula coniecto, Mediolanensem
 Ducatum legitimo Principi vindicaret;
 hoc enim facinore, addebant illi, Re-
 gem immortalem nomini suo gloriam
 conciliaturum, Venetosque ei, quamprimum
 hunc Ducatum armis subiecisset,
 haud cunctanter adhæsuros. Horum
 rationibus Carolus pene expugnatus cre-
 debatur, unde solido biduo militares
 excubias ante Papiensis urbis portas au-
 geri iussit, non sine maximo Ludovici
 terrore; ast Rex vel propria imbecillita-
 te, vel potentiorum, qui forte Ludovici
 auro corrupti fuerant, consiliis victus, ab-
 jecto hoc proposito nihil adversus Lu-
 dovicum Ducem molitus est.

§. XCIX.

*Joannis Galeatii juvenis Mediolani
 Ducis obitus.*

Post hæc Carolus die decima octava O- ^{Comm. 1. 7.}
 ctobris Placentiam venit, comitante ^{c. 6. p. 31.}
 eum Ludovico, ubi paucis post adven- ^{Guicciard.}
 tum diebus nuncium accepit, juvenem ^{hist. Ital.}
 Mediolani Ducem, quem cum morte lu- ^{lib. 1.}
 ctantem reliquerat, e vivis excessisse;
 haud temere Ludovicus in propinati ve-
 neni suspicionem adducebatur, quo ejus
 Nepos lenta tabe omnibus viribus ex-
 haustus

Sæcul. XV. A.C. 1494 haustus absumeretur, nec leve huic opiniononi argumentum adjecit Theodorus de Papia Regis Medicus, qui, Carolo juvenem hunc Ducem invifente, præfens testatus est, in hoc morbo manifesta hausti veneni indicia deprehendi.

§. C.

Ducatus Mediolanensis a Ludovico usurpatus.

Guic. ibid. Ludovicus comperta Nepotis sui morte, nulla mora Mediolanum contendit, atque Senatum convocavit; cumque Senatorum præcipuos ad suas partes traxisset, hi in Ludovici gratiam exponunt, Mediolanensem ditionem ab hostium copiis undique premi, jamque intra ipsa Ducatus viscera unum exercitum grassari, duos alios in finibus consistere; imparem ergo esse tuendo imperio juvenem Ducem, natu quidem maximum, sed non nisi puerum quinquennem, hinc Virum requiri prudentia atque auctoritate magnum, qui vacillantem Ducatum sustentaret. Jam vero neminem Ludovico potentius a patria avertere posse imminens periculum, proin solum illum velut Ducem salutandum, atque ad acceptandam, quam recusasset, dignitatem compellendam esse. Hæc ratio vix proposita, jam ab alijs, quorum suffragia auro emebantur, suo